

# M. T. CICERONIS

Lælius, vel de Amicitia, ad  
T. Pomponium Atticum.

CVM ANNOTATIONIBVS

doctissimorum virorum, margini adiunctis,

.Æ. ac suis numeris designatis. Æ.



Franciscus de Alaua:

.Æ.

PARISIIS,

Ex Typographia Dionysij à Prato, via Amygdalina,  
ad Veritatis insigne.

1 5 7 6.



M. T. CICERO

Lucius vel de Amicitia ad

T. Pomponium Atticum.

C. M. ANNOTATIONIBUS

doctissimi viri, magistri admodum  
P. de la Torre de la Cruz.



P. A. R. I. S. I. S.

Ex Typographia Dionysii Patis, via conditio-  
nales, 1785.

*Amad*  
*Amad*





# M. T. CICERONIS

Lælius, vel de Amicitia,  
ad T. Pomponium Atticum.

## ARGVMENTVM DIALOGI.

EDIDIT hunc librum Cicero sexagenarius, vno aut altero ante mortem anno, paulò antè quàm Officia & Paradoxa scriberet. sunt autem quæ hoc libro describuntur huiusmodi: quid sit amicitia, qualis, vnde orta, inter quos, quomodo comparetur, augetur, conseruetur: quid in ea obseruandum, quid cauendum, quatenus progrediatur, quique sint eius fines, vltra aut citra quos vera amicitia nequit consistere.

Dialogi personæ,

FANNIVS, SCAEVOLA, LÆLIVS.



VINTVS Mucius augur multa narrare de C. Lelio, socero suo, memoriter, & incūdè solebat, nec dubitare illū in omni sermone appellare sapiētem. Ego autem à patre ita erā deductus ad Scauolā, sumpta virili<sup>1</sup> toga, vt, quoad possem, & mihi liceret, à senis latere nunquam discederem. itaque multa ab eo prudēter disputata, multa breuiter & commodè dicta, memoria mandabam, fierique studebam<sup>2</sup> eius prudentia doctior. quo mor-

<sup>1</sup> Quod ferè anno etatis 17. fieri consueuerat.

<sup>2</sup> Nam Mucius omni genere prudentiæ præstitit, ita vt esset domus eius oraculū totius ciuitatis.

Aij





M. T. C I C E R O N I S

tuo, ad pontificem<sup>3</sup> Scauolam contuli, quem vnū  
nostræ ciuitatis & ingenio, & iustitia præstan-  
tissimum audeo dicere. sed de hoc aliàs. nunc re-  
deo ad augurem. Cū saepe multa narraret, tum  
memini domi in<sup>4</sup> hemicyclo sedentem, et sole-  
bat, cū ego essem vnā, & pauci admodum  
familiares, in eum sermonem illum incidere, qui  
tū ferè multis erat in ore. meministi enim profe-  
cto, ut opinor Attice, & eo magis, quod P. Sul-  
pitio vtebare<sup>5</sup> multum, quum is Trib. pleb. capi-  
tali odio à Q. Pompeio, qui tum erat cōsul, dis-  
sideret, quicum coniunctissimè & amantissimè  
vixerat, quanta esset hominum vel admiratio,  
vel querela. Itaque tum Scauola, quū in eam ip-  
sam mentionē incidisset, exposuit nobis sermonē  
Lalij de amicitia, habitum ab illo secum, & cum  
altero genere C. Ffannio, M filio paucis diebus  
post mortem Africani. cuius disputationis sen-  
tentias memoria mandauī: quas in hoc libro ex-  
posui meo arbitratu.<sup>8</sup> quasi enim ipsos introduxi  
loquentes: ne, inquam, & inquit, sæpius inter-  
poneretur atque id eo feci, ut tanquam à presen-  
tibus coram haberi sermo videretur. cū enim  
sæpe mecum ageres, Attice, ut de amicitia  
scriberem aliquid: digna mihi res tum omnium  
cognitione, tum nostra familiaritate visa est:  
itaque feci non inuitus, ut<sup>9</sup> prodessem multis tuo  
rogatu. Sed ut in Catone maiore feci, qui est  
scriptus ad te de Senectute, Catonem induxi se-

<sup>3</sup> Is est qui à Cicero-  
ne iurisperitorum e-  
loquentissimus dici-  
tur.

<sup>4</sup> Id est, forona cir-  
cūstantium: vel est  
sedes ad formam se-  
micirculi facta.

<sup>5</sup> Quod eius confo-  
brina fratri Sulpitij  
nupserat.

<sup>6</sup> Rufo scilicet.

<sup>7</sup> Cum L. Sylla.

<sup>8</sup> Quod re vera non  
loquentur, cum ef-  
sent mortui.

<sup>9</sup> Nihil enim vilius,  
quàm ea cognoscere,  
quæ tum ad instrua-  
dam, tum ad conser-  
uandam amicitiam  
pertinent.



nem disputantem: quia nulla videbatur aptior  
 persona quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius,  
 qui & diutissimè <sup>10</sup> senex fuisset, & in ipsa se-  
 nectute præ ceteris floruisse: sic cùm accepisse-  
 mus à patribus maximè memorabilē C. Lælij, &  
 P. Scipionis familiaritatē fuisse: idonea mihi  
 Lælij persona visa est, quæ de amicitia ipsa dis-  
 fereret quæ disputata ab eo meminisset magister  
 meus <sup>12</sup> Scauola. genus autem hoc <sup>13</sup> sermonum po-  
 situm in hominum veterum auctoritate, & eo-  
 rum <sup>14</sup> illustrium, plus, nescio quo pacto, videtur  
 habere gravitatis. Itaque ipse mea <sup>15</sup> legens, sic af-  
 ficior interdum, ut Catonem, non me, loqui exi-  
 stimem. sed, ut tum ad senem senex de <sup>16</sup> senectute,  
 sic in hoc libro ad amicum amicissimus de amici-  
 tia scripsi. tum est Cato locutus, quo erat nemo  
 fere senior temporibus illis, nemo prudentior:  
 nunc Lælius, & sapiens (sic enim est habitus) &  
 amicitia gloria excellens, de amicitia loquitur.  
 tu velim à me animum parumper auertas, Læ-  
 lium loqui ipsum putes. C. Fannius, & Q. Mu-  
 cius ad socerū veniūt post mortem <sup>17</sup> Africani, ab  
 in sermo oritur: restat Lælius: cuius tota dispu-  
 tatio est de amicitia, quā legēs tu ipse cognosces.

Sunt ista vera, Læli? nec enim melior vir fuit  
 Africano quisquam, nec clarior. Sed existimare  
 debes omnium oculo in te esse coniectos: unum  
 te sapientiē & appellant, & existimant. Tribue-  
 batur hoc modo M. Catoni. scimus L. <sup>18</sup> A-

A ij

<sup>10</sup> Nam 85. annos  
vixit.

<sup>11</sup> Argumentum à  
coniugatis.

<sup>12</sup> In iure ciuili.

<sup>13</sup> I. dialogum.

<sup>14</sup> Emphasis.

<sup>15</sup> Id est, librum de  
Senectute.

<sup>16</sup> Tautologia, quam  
figuram ut elegantē  
Cicero videtur con-  
fectatus.

<sup>17</sup> Minoris: quem à  
propinquis occisum  
esse suspicio fuit, de  
Somnio Scipionis.

<sup>18</sup> Al. Acilium: Al.  
Attilium. hic autem  
à Pomponio Pub. di-  
citur l. 2. ff. de ori-  
juris.



M. T. C I C E R O N I S

*cilium apud patres nostros appellatum esse<sup>20</sup> sapientem sed uterque alio quodam modo: Acilius, quia prudens esse in iure civili putabatur.*

<sup>20</sup> Hunc non nominat lib. 3. Officiorum sed Catonem duntaxat & Lelium.

*Cato, quia multarum rerum<sup>21</sup> usum habebat, multaque eius & in senatu, & in foro vel provincia<sup>22</sup> prudenter, vel acta constanter, vel respon-*

<sup>21</sup> Hinc sapientia apud Afranium, usus me genuit, mater peperit memoria.

*sa acutè ferebantur, propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Te autem alio quodammodo dicunt, non solum natura &*

<sup>22</sup> Vt de Carthagine, cuius delenda auctor fuit.

*moribus, verum etiam studio & doctrina esse sapientem, nec sicut vulgus, sed ut eruditi solent*

<sup>23</sup> Reliqua autem videtur dixisse, pro, omni: ceterorum enim & reliquorum appellatione omnes significatur, ut aiunt iurisconsulti.

*appellare sapientem, qualem in<sup>23</sup> reliqua Græcia neminem. Nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærent, in numero sapientum non habent. Athenis unum accepimus, &*

*eum quidem Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia<sup>24</sup> tua in te posita esse ducas, huma-*

<sup>24</sup> Quale de Biante legitur.

*nosque casus virtute inferiores putes. Ita-que ex me quærent, credo ex hoc item Scaeu-*

<sup>25</sup> De nonis vide Macrob. lib. Saturni. 1. cap. 15.

*la, quoniam pacto mortem Africaniferas: eoque magis, quod proximis<sup>25</sup> nonis, cum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, ut as-*

*solet, venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem, & illud munus solitus es-*

*ses obire. s c æ. Quærent quidem C. Lelij, multi, ut est à Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod animaduerti, te dolorem, quem acceperis tum summi viri, tum amicissimi morte, ferre mo-*



26 Augurum: hi enim  
ues augures erant.

deratè, nec potuisse non commoueri, nec fuisse id  
humanitatis tuæ: quòd autem his nonis in colle-  
gio<sup>26</sup> nostro non affuisses, valetudinem causam  
non mastritiam fuisse. LÆ. Rectè tu quidè, Scæ-  
uola, & verè. nec enim ab isto officio, quod sem-  
per usurpau, cùm valerem, abduci incommo-  
do meo debui: nec ullo casu arbitror hoc constā-  
ti homini posse contingere, ut illa intermissio fiat  
officij. Tu autè, Fanni, quòd mihi tantum tri-  
bui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo,  
facis amicè. Sed, ut mihi videris, non rectè iu-  
cas de Catone. aut enim<sup>27</sup> nemo, quod quidem  
magis credo, aut, si quisquam, ille sapiens fuit.  
Quomodo enim (ut alia omittam) mortem<sup>28</sup> filij  
tulit? memineram<sup>29</sup> Paullum, videram Caium:  
sed hi ne comparentur Catoni, maximo & spe-  
ctato viro. quamobrem caue Catoni anteponas  
ne istum quidem ipsum, quem Apollo, ut ais, sa-  
pientissimum iudicauit: huius enim facta, illius  
dicta<sup>30</sup> laudantur. De me autem (ut iam cum  
utroque loquar) sic habetote. Ego si Scipionis  
desiderio me moueri negem, quàm id rectè faciã,  
viderint sapientes: sed certè mentiar. moueor  
enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, ne-  
mo vnquam crit, & ut confirmare possum, ne-  
mo certè fuit. Sed non egeo medicina: me ipse cõ-  
solor. & maximè illo solatio, quòd eo errere ca-  
reo, quo, amicorum decessu, plerique angi solent.  
nihil enim mali accidisse Scipioni puto: mihi

27 Ex Stoicorū sen-  
tentia.

28 M. Portij Catonis  
Liciniani, iurisconf.  
qui Præt. def. mor-  
tuus est.

29 Emiliū qui duos  
filios ipsis penè triū-  
phi sui diebus amisit.

30 Cùm omnis laus  
virtutis in actione  
constat, non iniuria  
facta dictis laudabi-  
liora habentur.

31 Notat Stoicorum  
Apathiam.



M. T. C I C E R O N I S

accidit, si quid accidit. Suis autem incommodis <sup>32</sup> Argumētum à cau-  
 "grauiter angi, non amicum, sed seipsum aman-  
 tis est. Cum illo verò quis neget actum esse præ-  
 clare? nisi enim (quòd ille minimè putabat) im-  
 mortalitatem optare vellet, quid non est adeptus  
 quod homini fas esset optare? qui summam spem  
 ciuium, quam de eo iam puero habuerant, con-  
 tinuò adolescens incredibili virtute superauit.  
 "qui consulatum petiit nunquā, factus est Cos. <sup>33</sup> Auxelis  
 bis, primū ante tempus, <sup>34</sup> iterum, sibi suo tem-  
 pore, Reip. penè <sup>35</sup> serò. duabus <sup>36</sup> urbibus euer-  
 sis inimicissimis huic imperio, non modò præsen-  
 tia, verum etiam futura bella deleuit. Quid di-  
 cam de moribus facillimis, de pietate in <sup>37</sup> ma-  
 trem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, iu-  
 stitia in omnes? Hæc nota sunt vobis. Quam  
 autem ciuitati charus fuerit, mærore funeris in-  
 dicatum est. Quid igitur hunc paucorum <sup>38</sup> an-  
 norum accessio inuare potuisset? Senectus enim  
 quauis non sit grauis, (ut memini Catonē an-  
 no antè quàm mortuus est, mecum & cum Sci-  
 pione <sup>39</sup> differere) tamen aufert eam viriditatem,  
 in qua etiam tunc erat Scipio. Quamobrem vi-  
 ta quidem talis fuit, vel fortuna vel gloria, ut  
 nihil posset accidere. Moriendi autem sensum ce-  
 leritas abstulerit: quo de genere mortis difficile  
 dictu est. Quid homines <sup>40</sup> suspicentur videtis.  
 hoc tamen verè licet dicere, P. Scipioni ex mul-  
 tis diebus, quos in vita celeberrimos letissimòs

sa finali.

33 Auxelis

34 Anno ætatis 38. nā  
legitimum tempus e-  
rat, annus 43.

35 Cū iam aliquo-  
ties apud Numantiā  
malè pugnatum esset  
36 Carthagine & Nu-  
mantia.

37 Papiriam à patre  
suo Paulo repudiata.

38 Mortuus est enim  
annos natus 36.

39 Quem sermonem  
refert Cicero in libro  
de Senectute.

40 Ea suspici-  
multos pertinuit, præ-  
cipuè tamen ad Cor-  
neliam Gracchorum  
matrem, & Sempro-  
niā eius filiam, ipsius  
Scipionis vxorem.



que viderit, illum diem clarissimum fuisse, cum  
 senatu dimisso, domum reductus ad vesperum est  
 à Patribus conscriptis, à populi Romani sociis  
 & Latinis, pridie quàm excessit è vita: ut ex tã  
 alto dignitatis gradu, ad superos videatur potiùs  
 quàm ad inferos peruenisse. Neque enim assen-  
 tior iis qui hac nuper disserere cœperunt, cum  
 corporibus simul animos interire, atque omnia  
 morte deleri. Plus apud me antiquorum aucto-  
 ritas valet, vel nostrorum maiorum, qui mortuis  
 tam religiosa iura tribuerunt, quod non fecissent  
 profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrantur:  
 vel eorum qui in hac terra fuerunt, magnam-  
 que Graciã (quæ nunc quidem deleta est: tum  
 florebat) institutis & præceptis suis erudierunt:  
 vel eius qui Apollinis oraculo sapientissimus  
 est iudicatus: qui non tum hoc, tum illud, (ut  
 in plerisque) sed idem semper animos hominũ  
 esse diuinos: iisque, cum è corporibus excessissent,  
 reditum in cælum patere, optimoque & iustis-  
 simo cuique expeditissimum: quod idem Scipio-  
 ni videbatur. Quod quidẽ, quasi præfagiret, per-  
 paucis ante mortem diebus, cum & iulius &  
 Manilius adestent, & alij plures, tũque etiã  
 Scauola mecum venisses, triduum disseruit de  
 Repub. cuius disputationis fuit extremum ferẽ  
 de immortalitate animorum, quæ se in quiete per-  
 visum ex Africano audisse dicebat. Id si ita  
 est, ut optimi cuiusque animus in morte facilli-

B

1 Nuper hic dicitur  
 de annis ferẽ centum  
 quadragina: cum a-  
 lias paulò antè præ-  
 teritum tempus sig-  
 nificet.

2 Pythagoræorum,  
 de animorũ immor-  
 talitate sententiam.  
 vide apud Plinarchũ  
 Placit. lib. 4. cap. 7.  
 3 Socratis.

4 Tum maximè in  
 Phædonæ.

5 Furius Philus.

6 Id solũ ex Cicero-  
 nis libris de Repub.  
 extat fragmentum,  
 quod Somnium Sci-  
 pionis dicitur.

Lieg



M. T. C I C E R O N I S

mè euolet , tanquam è custodia vinculisque corporis, cui censemus cursum ad deos facilitore fuisse , quàm Scipioni? Quocirca merere hoc eius aduentu vereor ne inuidi magis, quàm amici sit. Sin autem illa vereor, ut idem interitus sit animorum & corporum, nec ullus sensus maneat: ut nihil boni est in morte, sic certè nihil est mali. Sensu enim amisso, fit idem quasi natus non esset omnino. Què tamen esse natum & nos gaudemus , & hæc ciuitas, dum erit, <sup>7</sup> letabitur. Quamobrem cum illo quidem ( ut suprà dixi ) actum optimè est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius, ut prius introierã, sic prius exire de vita. Sed tamen recordatione nostræ amicitie sic fruor, ut beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim, quocum mihi coniuncta cura de Republica, & de priuata fuit: quocum & domus fuit & militia communis, & id in quo est omnis vis amicitie, voluntatum, studiorum, sententiarum summa consentio. Itaque non <sup>8</sup> tam ista me sapientie (quam modò Fannius commemorauit) fama delectat, falsa præsertim, quàm quòd amicitie nostræ memoriam spero sempiternam fore: idque mihi eò magis est cordi, quòd ex omnibus seculis vix tria, aut <sup>9</sup> quatuor nominantur paria amicorum: quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lali notam posteritati fore. FANN. Istud quidem Lali ita necesse est. Sed quoniam amicitie mentionem fe-

7 Ita enim pronuntiauit in eius funebri oratione Qu. Maximus Allobrogicus, necesse fuisse ibi terrarum imperium fore, ubi ille vir natus esset.

8 Modestiam retinet.

9 Paria amicorū celeberrima fuerunt Achilles & Patroclus, Pylades & Orestes, Theseus & Pirithous Damon & Pythias.



cisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris, spero item Scauolæ, si, quemadmodum soles de cæteris rebus, cum ex te quærentur, sic de amicitia disputaris, quid sentias, qualem existimes, quæ præcepta des. SCÆV. Mihi verò erit gratum, atque id ipsum, cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit. Quamobrem utrique nostrum gratum admodum feceris. LÆL. Ego verò non grauarer, si mihi ipse considerem.<sup>10</sup> Nam & præclara res est, & sumus (ut dixit Fannius) otiosi. Sed quis ego sum? aut quæ est in me facultas? doctorum est ista consuetudo, eaque Græcorum, ut iis id ponatur de quo disputent,<sup>11</sup> quamuis subitò. Magnum opus est, egētque exercitatione nō parua. Quam ob rem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis cēseo petatis qui ista profitentur. Ego vos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus anteponatis. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secundas vel aduersas. Sed hoc primum sentio, nisi in<sup>12</sup> bonis amicitiam esse non posse. Neque id ad viuū<sup>13</sup> reseruo, ut illi qui hac subtilius<sup>14</sup> disserunt, fortasse verè, sed ad communem utilitatem parum. Negant enim quanquam virum bonum esse, nisi sapientem. Sit ita sanè. Sed eam sapientiam interpretantur, quā adhuc mortalis nemo est consequutus. Nos autē ea quæ sūt in vusu, vitæque cōmuni, nō ea quæ finguntur, aut opantur, spectare debemus. Nūquam ego dicā C.

Bij

<sup>10</sup> Hunc timorem & diffidentiam Crassus in oratore apud Ciceronem desiderat.

<sup>11</sup> Id est, quantumvis.

<sup>12</sup> More Græco dixit, in bonis, pro, inter bonos.

<sup>13</sup> Est metaphora à tonforibus sumpta.

<sup>14</sup> Stoici.

*Meo*

*allegay*

*77777777*

*222*



M. T. C I C E R O N I S

*Fabritium, M. Curium, T. Coruncanum, quos  
 sapientes nostri maiores iudicabant, ad istorum  
 normam fuisse sapientes. Quare sibi habeant sa-  
 pientiae nomen inuidiosum, & obscurum, con-  
 cedantq; ut hi boni viri fuerint. Ne id quidem  
 facient, negabunt id nisi sapienti posse concedi.  
 Agamus ergo pingui<sup>15</sup> Minerva, ut aiunt. Qui  
 ita se gerunt, ita viuunt, ut eorum probetur fi-  
 des, integritas, aequalitas, liberalitas, nec sit in  
 eis ulla cupiditas, libido, audacia, sintque ma-  
 gna constantia, ut ij fuerunt, quos modò nomi-  
 nauimus: hos viros bonos, ut habiti sunt, sic etiam  
 appellandos putemus: qui sequantur, quantum  
 homines possunt, naturam optimam bene viuē-  
 di ducem. Sic enim mihi perspicere videor, ita na-  
 tos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedā:  
 maior autem, ut quisq; proximè accederet.<sup>17</sup> Ita-  
 que ciues potiores sunt quàm peregrini, & pro-  
 pinqui quàm alieni. cum his enim amicitia na-  
 tura ipsa peperit, sed ea non satis habet firmita-  
 tis. Nanque hoc praestat amicitia propinquitati,  
 quòd ex propinquitate beneuolentia tolli po-  
 test, ex amicitia non potest. Sublata enim bene-  
 uolentia, amicitiae nomen<sup>18</sup> tollitur, propinquitatis  
 manet. Quanta autem vis amicitiae sit ex hoc  
 intelligi vel maxime potest, quod ex infinita so-  
 cietate generis humani, quam cōciliauit ipsa na-  
 tura, ita contracta res est, & adducta in angu-  
 stum, ut omnis charitas aut inter duos, aut inter*

<sup>15</sup> Id est, odiosum: vel  
 quod illi omnibus in-  
 uident.

<sup>16</sup> Id est, rudiùs ac  
 planius.

<sup>17</sup> De gradibus huma-  
 nae societatis copiose  
 Cicero lib. 1. Offic.  
 & apud Laetium in  
 Platone & Aristote-  
 le.

<sup>18</sup> Nec mirum, cum  
 amicitiae principium  
 sit beneuolentia, ut  
 postea ex eius defini-  
 tione apparebit.



19 *Causa lis defini-  
tio.*

20 *Nā ait Aristote-  
les, amicitia, virtus  
est, aut necessarium  
virtutis vinculum.*

21 *Intelligit autem  
Stoicos.*

22 *Aut Gallos, aut  
Gracchos hic legen-  
dum.*

23 *Alij, qui: alij, quis  
legunt.*

24 *Malim legeres,  
quicum, itaque legi-  
mus in tribus vetu-  
stissimis codicibus.*

paucos iungeretur. Est enim amicitia nihil aliud  
nisi omnium diuinarum humanarumque rerū  
cum beneuolentia & charitate summa consensio.  
Qua quidem haud scio an excepta sapiētia quic-  
quam melius homini sit à diis immortalibus da-  
tum. Diuitias alij praeponunt, bonam alij vale-  
tudinē, alij potentiam, alij honores, multi etiā  
voluptates. Belluarum hoc quidem extremum  
est: illa autem superiora, caduca sunt & incer-  
ta, posita non tam in nostris cōsiliis, quā in for-  
tuna temeritate. Qui autem in virtute summū  
bonum ponunt, praeclarè illi quidem: sed haec ip-  
sa<sup>20</sup> virtus amicitiam & gignit & cōtinet. Nec  
sine virtute, amicitia esse ullo pacto potest. Jam  
virtutem ex consuetudine vitae, sermonisque no-  
stri interpretemur: nec metiamur eam, ut qui-  
dam<sup>21</sup> docti, verborum magnificentia: virōsque  
bonos, eos qui habētur, numeremus, Paullos, Ca-  
tones,<sup>22</sup> Caios Scipiones, Philos. His communis  
vita cōtenta est. Hos autem omittamus, qui om-  
nino nusquam reperiuntur. Talis igitur inter vi-  
ros amicitia tantas oportunitates habet, quan-  
tas vix queo dicere. Principio,<sup>23</sup> cui potest esse  
vita vitalis (ut ait Ennius) qui nō in amici mu-  
tua beneuolentia conquiescat? Quid dulcius,  
quā habere<sup>24</sup> quocum omnia audeas sic loqui,  
ut tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis  
rebus, nisi haberes qui illis aequè ac tu ipse gaude-  
ret? Aduersas verò res ferre difficile esset, sine eo

B. iij



M. T. C I C E R O N I S

qui illas grauius etiam quàm tu ferret. Denique  
cætera res<sup>25</sup> quæ expetuntur, opportuna sunt  
singularebus ferè singulis, diuitiæ ut utare, o-  
pes<sup>26</sup> ut colare, honores ut laudare, volupta-  
tes ut gaudeas, valetudo ut dolore careas, &  
muneribus fungare coporis. Amicitia plurimas  
res continet: quoquo te verteris, præsto est: nul-  
lo loco excluditur, nunquam intempestiua, nun-  
quam molesta est. Itaque non aqua, non igni,  
(ut aiunt) pluribus locis utimur, quàm ami-  
citia. Neque ego nunc de vulgari, aut de me-  
diocri (quæ tamen ipsa delectat, & prodest) sed  
de vera & perfecta<sup>27</sup> loquor: qualis eorum, qui  
pauci nominantur, fuit. Nam & secundas res  
splendidiores facit amicitia: & aduersas partiës,  
communicansque, leniores. Cùmque plurimas &  
maximas commoditates amicitia contineat, tum  
illa nimirum præstat omnibus, quòd bona spe præ-  
lucet in<sup>28</sup> posterum, nec debilitari animos, aut  
cadere patitur, verum etiam iam amicum qui  
intuetur, tanquàm exemplar aliquod intuetur sui.  
Quocirca & absentes<sup>29</sup> adsunt, & egentes abun-  
dant, & imbecilli valent, & (quod difficilius di-  
ctu est) mortui viuunt. tantus eos honos, memo-  
ria, desiderium prosequitur amicorum. Ex quo  
illorum beata mors videtur, & horum vita lau-  
dabilis. Quòd si exemeris ex rerum natura bene-  
uolentiæ coniunctionem, nec domus vlla, nec  
vrbs stare poterit, nec agri quidem cultus perma-

25 Collatione demō-  
stratiua eius vtilitate  
ostendit.

26 opes pro potentia  
accipit: sæpe enim Ci-  
cero opes à diuitiis  
separat, ut hic.

27 Non Stoicorū illa  
imaginaria, sed ea  
quæ ex mutuo bono-  
rum consensu cōstat.

28 Id est, non solum  
præsentibus medetur  
malis, sed etiam fu-  
turæ tranquillitatis  
spem ostendit.

29 Paradoxa, quibus  
antithesis miram gra-  
tiam adferre.



30 à contrariis.

nebit. Id si minùs intelligitur, quanta vis amicitiae cōcordiaeque sit, ex<sup>30</sup> dissentionibus atque discordiis percipi potest. Quae autē domus tam stabilis, quae tam firma ciuitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit euerti? Ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. Agrigētinum quidem doctum quendam virū carmini-

31 Lælius Empedoclis lectionem dissimulat, eo maximē tempore, cum philosophorum præsertim Græcorū studium nō perinde Romanis probabatur.

32 Id est teatro.

33 M. Pacuuius Brundisius Ennii fororis filius circa hæc tēpora in tragœdia floruit.

34 Thoante.

35 A minori ad maius.

bus Græcis vaticinatum<sup>31</sup> ferunt quae in rerum natura, totoq; mundo constarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Atque hoc quidē omnes mortales & intelligūt & reprobant. Itaque si quando aliquod officium extitit amici in periculis aut adēndis, aut cōmunicandis, quis est qui non maximis efferat laudibus? Qui clamores tota<sup>32</sup> cauea nuper in hospitibus & amici mei<sup>33</sup> Pacuuij fuerūt noua fabula, cum ignorante<sup>34</sup> rege vter eorū esset Orestes, Pyrlades Orestē esse se diceret, ut pro illo necaretur: Orestes autē, ita ut erat, Orestem se esse perseueraret? Stātes plaudebant in reficta: quid<sup>35</sup> arbitramur in vera fuisse facturos? Facile indicabat ipsa natura vim suam, cum homines quod facere ipsi non possent, id rectē fieri in altero iudicārēt. Haecenus mihi videor de amicitia quod sentire potuisse dicere: si qua præterea sunt (credo autem esse multa) ab his si videbitur, qui ista disputāt, queritote. F A N. Nos autē à te potiùs, quāquā e-  
niā ab istis saepe quesui, & audiri, nō inuit equi-  
dē. Sed aliud quoddā expetim<sup>36</sup> filij orationis tuæ;

36 Elegans metaphora, qua genus orationis significat.



# M. T. C I C E R O N I S

SCÆ. Tu magis id diceris Fāni, si nuper in hor-  
tis Scipionis, cū est de Republica disputatum,  
17 affuisses, qualis tum patronus iustitiæ fuit con-  
tra accuratam orationē Phili. FANNIVS. Fa-  
cile id quidem fuit iustitiā 18 iustissimo viro  
defendere. SCÆV. Quid amicitiam? nōne fa-  
cile ei qui ob eam summa fide, constantia, iusti-  
tiæque seruata, maximam gloriam, cepit?  
LAEL. Vm hoc quidem est afferre. Quid enim  
refert qua me ratione cogatis? Cogitis certē. stu-  
diis enim generorum, præsertim in re bona, cū  
difficile est, tum ne æquum quidem, obsistere. Sa-  
pissimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maxi-  
mè illud considerandum videri solet, num pro-  
pter 19 imbecillitatem, atque inopiam desiderata  
sit amicitia, vt dandus recipiendisq; meritis, quod  
quisque minùs per se ipse posset, id acciperet ab a-  
lio, vicissimq; redderet: an esset hoc quidem pro-  
prium amicitia, sed 20 antiquior & pulchrior,  
& magis à natura ipsa profecta alia causa. 41 A-  
mor enim (ex quo amicitia est nominata) prin-  
ceps est ad beneuolentiam coniungendam. Nam  
utilitates quidem etiam ab his percipiuntur, qui  
simulatione amicitia coluntur, & conseruantur  
causa temporis. In amicitia autem nihil est fictū,  
nihil simulatum: & quicquid est, id verum &  
voluntarium est. Quapropter à natura mihi vi-  
detur potiùs quàm ab 21 indigentia orta amicitia,  
& applicatione animi magis cum quodam sen-

37 Hic Cicero Fāni  
à disputatione de  
Repub. remouet, cō-  
tra quam dicit lib. 4.  
ad Atticum. Vide  
Gellium lib. 15. cap.  
6. & Politi. Miscell.  
cap. 53.  
38 A coniugatis.

39 Utilitatem intelli-  
git per Metalepsin.

40 Id est, potior, per  
Metalepsin; antiqui-  
tas enim plurimū ha-  
bet dignitatis.

41 Quid amor ab a-  
micitia differat, vide  
Senecam lib. 3. epist.  
30.

42 Al. imbecillitate.



2 Hoc enim est omnibus animantibus à natura datum, ut ipse ait Cicero 1. Officiorum.  
2 Adulto enim negligunt, ut apparet.

3 Author incertus. Vide hunc locum multis ita intelligi, ut propter scelus committitur possit dirimi necessitudo, an ut scelus committere videatur, qui eam dirimit.

4 Spurius Cassius Velleianus, aut, ut Cicero vocat, Velleianus, ob regni affectum suspitionem occisus.  
5 Is ob eandem causam paulo post Cassium à Servilio Sulla magistro equitum interfectus est.  
6 De ea Valer. lib. 9. cap. 1.

suamandi, quàm cogitatione quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestis quibusdà animadverti potest, quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, ut faciliè earum appareat sensus: quod in homine multò est evidentius. Primum ex ea charitate quæ est inter natos & parentes, quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest deinde cum similis sensus extitit amoris, si aliquem nati sumus cuius cum moribus & natura cõgruamus, quod in eo quasi lumẽ aliquod probitatis & virtutis prospicere videamur. Nihil est enim amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter virtutem & probitatem eos etiam quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. Quis enim est, qui C. Fabritij, M. Curiij cum charitate aliqua & benevolentia memoriam non usurpet, quos nunquam viderit? Quis autem est qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium: Sp. Melium non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho & Annibale: ab alter propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus: alterum propter crudelitatem semper hæc ciuitas oderit. Quod si tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus: quid mirum est, si animi hominum moueantur, cum eorum quibuscumque usu





# M. T. C I C E R O N I S

coniuncti esse possint, virtutem & bonitatē perspicere videantur? Quanquam consiliatur amor & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta: quibus rebus ad illum primum motum animi & amoris adhibitis, admirabilis quaedam exardescit benevolentiae magnitudo. Quam si putant ab imbecillitate proficisci, ut sit per quam assequatur quod quisque desideret, humilem sanè relinquunt, & minimè generosum (ut ita dicam) ortum amicitiae, quam ab inopia atque indigentia natā volunt. Quod si ita esset, ut quisque minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus: quod longè secus est. Ut enim quisque sibi plurimum confidit, & ut quisque maximè virtute & sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suāque omnia in seipso posita iudicet, ita in amicitia expectedis colēdisque maximè excellit. Quid enim Africanus indigens mei? minimè hercle. At ne ego quidem illius. Sed ego<sup>8</sup> admiratione quadā virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nō nulla, quā de meis moribus habebat, me delexit: auxit benevolentiam consuetudo. Sed quanquam utilitates multae & magnae cōsecutae sunt, nō sunt tamen ab earum spe causa diligendi profecta.<sup>9</sup> Ut enim benefici liberalēsque<sup>10</sup> sumus, non ut exigamus gratiā (neque enim beneficium sceneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus) sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quòd om-

7 Studium à benevolentia differt, quòd hæc in animo latitas quiescit: illud vires suas exerit atque ostendit.

8 Al. sed ego illum admiratione.

9 Beneficia itaque ex amicitia nascuntur non contrā.

10 In hunc locū multa Gel. lib. 17. cap. 50.



11 Cùm enim tria amicitiarũ genera sũt, honesta, vt lis, & voluptuosa, duab' tractatis, tertiam reicit.

nis eius fructus in ipso sit amore, expetendum putamus. Ab his, qui pecudum ritu ad" voluptatẽ omnia referunt, longè dissentimus: nec mirum.

Nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinũ suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt, in rem tã humilem, tamq; contemptam.

Quamobrem hos quidem ab hoc sermone removeamus: ipsi autem intelligamus, à natura gigni sensum diligendi, & benevolentie charitatẽ, facta significatione probitatis: quam qui appetuerunt, applicant sese, & propius admouent, vt & usu eius quem diligere cœperint, fruatur, & moribus, sintq; pares in amore, & aequales, propensioresque ad bene merendũ, quàm ad reposcendũ.

12 Capere dixit, vt fructus ex arboribus.

13 Argumentũ à causa materiali & formali.

14 Cessante enim causa, cessat affectus.

Atque hæc inter eos sit honesta certatio. Sic & utilitates ex amicitia maximæ" capientur, & erit eius ortus à" natura, quàm ab imbecillitate verior & grauior. Nam si utilitas amicitias cõglutinaret, eadem commutata dissolueret." Sed quia natura mutari nõ potest, idcirco veræ amicitie sempiternæ sunt. Ortũ quidẽ amicitie videtis, nisi quid ad hæc fortè vultis. FANN. Tu verò perge Læli: pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure respondeo. SCÆV. Rectè tu quidem, quamobrem audiamus. LÆL. Audite verò optimi viri, ea quæ sæpissimè inter me & Scipionem de amicitia disserebantur. Quinquam ille quidẽ nihil difficilius esse dicebat, quàm amicitiam vsque ad extremũ vitæ diem permanere.

C ij



M. T. C I C E R O N I S

Nam vel ut non idem expediret, incidere saepe,  
vel ut de Repub. non idem sentiretur, mutari e-  
tiam mores hominum saepe dicebat, aliàs ex ad-  
uersis rebus, aliàs etate ingrauescēte. Atque ha-  
rum rerum exemplū ex similitudine capiebat in-  
euntis atatis, quod summi puerorum amores sa-  
pe unā cum prætecta toga deponerentur. Sin  
autem ad adoleſcentiam perduxissent, dirimi ta-  
men interdum contentione, vel luxuria <sup>15</sup> Aliàs, conditionis  
tione, vel commodi alicuius, quod idem adipisci  
uterque nō posset. Quòd si qui longiùs in amici-  
tiā prouecti eſſēt, tamē saepe labefactari, si in ho-  
noris contentionem incidissent. Pestem enim ma-  
iorem eſſe nullam in amicitiiis, quā in plerisque  
pecuniæ cupiditatem, in optimis quibusq; hono-  
ris certamen & gloria: ex quo inimicitias maxi-  
mas saepe inter amicissimos extitisse. Magna e-  
tiam dissidia, & plerunque iusta nasci, cū ali-  
quid ab amicis quod rectum non eſſet, postulare-  
tur, " ut aut libidinis ministri, aut adiutores ef- <sup>16</sup> In hunc locū mul-  
sent ad iniuriam. Quod qui recusarent, quanuis <sup>ta</sup> Cicero lib. 1. Off.  
honestè id facerent, ius tamē amicitie deferere ar-  
guerentur ab iis, quibus obsequi nolent: illos au-  
tem qui quiduis ab amico auderent postulare, po-  
stulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa ef-  
ſe facturos. Eorum querela inueterata non modò  
familiaritates extingui solere, sed etiā odia gig- <sup>17</sup> Alij fata-  
ni sempiterna. Hæc ita multa quasi " fato impē-  
dere amicitiiis, ut omnia subterfugere, non mo-



dò sapientia, sed etiam felicitatis diceret sibi videri. Quam ob rem id primùm videamus, si placeat, quatenus amor in amicitia progredi debeat.

Nam si<sup>18</sup> Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debueret?

Num<sup>19</sup> Bellinum amici regnum appetentē, num

Sp. Melium iuuare debuerunt? Tiberium qui-

dem Gracchum Rempub. vexantem, à Q.<sup>20</sup> Tu-

berone, aequalibúsque amicis derelictum videba-

mus.<sup>21</sup> At C. Blossius Cumanus, hospes fami-

lie vestrae, Scauola, cum ad me, qui aderam cum

Lenate & Rutilio Coss. in consilio deprecatum

venisset, hanc, ut sibi ignoscerem, causam effe-

rebat, quòd tanti Tiberium Gracchum fecisset,

ut quicquid ille vellet, sibi faciendum putaret,

Tum ego, Etiamne, inquam, si te in Capitolium

faces ferre vellet? Nunquam, inquit, voluisset

id quidem, sed si voluisset, paruisset, Videtis

quàm nefaria vox. Et hercle ita fecit, vel plus e-

tiam quàm dixit. Non enim paruit ille Tiberij

Gracchi temeritati, sed præsuit.<sup>22</sup> nec se comitem

illius furoris, sed ducem præbuit. Itaque hac a-

mentia<sup>23</sup> quæstione noua perterritus, in Asiam

profugit, ad<sup>24</sup> hostes se contulit, pœnas Reipub.

grauas iustasque<sup>25</sup> persoluit. Nulla est igitur ex-

cusatio peccati, si amici causa peccaueris. Nam

cum conciliatrix amicitiae, virtutis opinio fue-

rit, difficile est amicitiam manere, si à virtute de-

feceris. Quòd si rectum statuerimus, vel conce-

Cij

18 Cn. Martius Coriolanus in exilium pulsus patriam bello ad salutis vsque desperationē vexauit.

19 Sp. Calsium, de quo antea.

20 Fuit hic Æmilij Pauli ex filia nepos, Africani sororis filius.

21 Fortasse huc est transferenda ea clausula, quæ inferius nō satis conuenit, At vero Tib. Gracchū sequebantur, &c.

22 Eius enim præcipue cōsilio Gracchus legem agrariam rogasse dicitur.

23 Id est, iudicio in Gracchanos cōstituto.

24 Aristonicum Regis Eumenis filium, qui Asiam Attali testamento factam po. Rom. occuparat.

25 Aristonico enim victo mortem sibi ipse consciiuit.



# M. T. CICERONIS

dere amicis quicquid velint, vel impetrare ab amicis quicquid velimus, perfecta quidem sapientia sumus, si nihil habeat res vitij. Sed loquimur de iis amicis qui ante oculos sunt, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus, aut quos nouit vita communis. Ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt, & eorum quidem maximè qui ad sapientiam proximè accedunt. Videmus Paulum<sup>26</sup> Æmilium C. Luscinio familiarē fuisse (sic à patribus accepimus) bis unà Cōsules, & collegas in censura. Tum etiam cum his, & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium, & T. Coruncanum, memorie proditum est. Igitur ne suspicari quidem possumus quenquam horum ab amico quippiam contendisse, quod contra fidem, contra iusurandum, contra Remp. esset. Nam hæc quidem in talibus viris quid attinet dicere? Si contendissent, imperaturos non fuisse: cū illi sanctissimi viri fuerint. AEquè autem nefas sit tale aliquid & facere rogatum, & rogasse.  
<sup>27</sup> At verò Tiberium Gracchum sequebatur C. Carbo, & C.<sup>28</sup> Cato, & minimè tunc quidem  
<sup>29</sup> Caio fratri, nunc idem acerrimus inimicus. Hæc igitur prim lex in amicitia sancitur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Turpis enim excusatio est, & minimè accipienda, cū in ceteris peccatis, tum si quis cōtra Rēp. se amici causa fecisse fateatur. Etenim eo loco Fannius & Scauola locati sumus, ut nos longè prospici-

<sup>26</sup> Hic locus de Macedonico intelligi non potest, sed de L. Æmilio Pappo, vel Paulo qui (ut omnes sciunt) eam C. Fabricio Luscinio bello Pyrrhi bis Cos. fuit, & aliquot annis post, eidem collega in censura: idque confirmat, quod postea de M. Curio & Coruncanio dicitur.

<sup>27</sup> Hæc superius dicta sunt huic loco non facis conuenire.

<sup>28</sup> M. Catonis Liciniani filius, vir turbulentus.

<sup>29</sup> Alias, Caius frater, nunc idem acerrimus, quæ lectio non sine ratione est, ut de C. Graccho intelligatur.



cere oporteat futuros casus Reipub. deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculō-que consuetudo maiorum. Tiberius Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses. Nunquid simile populus Romanus audierat, aut viderat? Hunc etiam post mortem secuti amici & propinqui, quid in Pub. Scipionem effecerint, sine lachrymis non queo dicere. Nam Carbonem quoque, quem modò posuimus, propter recentem pœnam Tiberij Gracchi, sustinuimus. De Caij Gracchi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari. Serpit enim deinde res quæ proclivius ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. Videtis in tabella iam antè quanta sit facta labe, primò Gabinia lege: biennio autem post Cassia, videre iam videor populum à Senatu disunctum, & multitudinis arbitrio res maximas agi. Plures enim discent, quemadmodum hac fiant, quàm quemadmodum his resistatur? Quorsum hæc? quia sine sociis nemo quicquam tale conatur. præcipiendum est igitur bonis, ut si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non discedant. Improbis autem pœna statuenda est: nec minor verò iis qui sequenti erunt alterum, quàm iis qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Græcia

31 Hæc à Lælio, nō Cicerone, dicta existimato.

32 Quidam libri habent, P. Scipionem Nasicam, sed præstat de P. Africano intelligi.

33 Metaphora à Gægrænis, & eiusmodi morbis.

34 Vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 3. & Erasum in Prouer. in Simpulo. Leges autem tabellarias hic intelligit.

35 A Gabinio lata, homine ignaro & sordido.

36 Lata à L. Cassio homine nobili, sed populari. Vide Ciceronem in 3. de Legibus.

37 Amplificatio à digitate personæ.

amicitia  
Bis  
J



M. T. C I C E R O N I S

Themistocle? quis potentior? cū imperator bello Persico seruitute Graciā liberasset, propterque inuidiam in exilium pulsus esset, ingrata patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod viginti annis antè apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriam inuentus est nemo: Itaque mortem sibi uterque<sup>19</sup> consciuit. Quare talis improborum consensio nō modò excusatione amicitiae tegenda non est, sed potiùs omni supplicio vindicanda est: ut ne quis concessum putet, amicum bellum patriæ inferentem sequi. Quod quidem, ut res cœpit ire, haud scio an aliquando futurum sit. Mihi autem non minori curæ est, qualis Respub. post mortem meā futura sit, quàm qualis hodie sit. Hæc igitur prima lex amicitiae sancitur. Vt ab amicis honesta petamus, & amicorum causa honesta faciamus, ne expectemus quidem dum rogemur, studium semper adsit, cunctatio absit, consilium verum dare gaudeamus liberè. Plurimum in amicitia amicorū bene suadentiū valeat auctoritas eaq; adhibeatur ad monendum, non modò aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, & auctoritati adhibita pareatur. Nam quibusdam quos audio sapiētes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor<sup>41</sup> mirabilia quædam. Sed nihil est quod illi non persequantur suis argutiis: partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit vnum sollicitum esse pro pluribus: satis superque ef-

<sup>38</sup> Xerxis regis innumeris copiis nauali prælio prodigatus.

<sup>39</sup> Id est, ad hostes se contulit.

<sup>40</sup> De ea tamen re nō cōstat inter auctores.

<sup>41</sup> Alij tantum legūt, & adhibite pareatur.

<sup>42</sup> Fortasse Hesiodū perstringit, fortasse etiam Aristotelem, aut Cirenaicos.

<sup>43</sup> Quæ Stoici Paradoxa dixerunt.



se sibi suarum cuique rerum curam: alienis nimis implicari molestum esse: commodissimum esse, quā laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas cū velis, vel remittas. Caput enim esse ad beatē viuendum, securitatem, qua frui non possit animus, si tanquam parturiat vnus pro pluribus. alios autem dicere aiunt etiam multo in humanius (quem locum breuiter perstrinxi paulo ante) praesidij adiumentique causa non beneuolentiae neque charitatis, amicitias esse expetendas. Itaque ut quisque minimū firmitatis<sup>44</sup> habeat, minimūque virium, ita amicitias appetere maximē. Ex eo fieri, ut mulierculae magis amicitiarum praesidia querant, quā viri: & inopes, quā opulenti & calamitosi, quā qui putantur beati. O<sup>45</sup> praeclaram sapientiam! <sup>46</sup> Solem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt, qua à diis immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius. Quae est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. Neque enim est consentaneum, vllam honestam rem<sup>47</sup> actionēve, ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quod si curam fugimus, virtus finienda est: quae necesse est ut cum aliqua cura res sibi cōtrarias aspernetur, atque oderit: ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauia fortitudo. Itaque videas rebus iniustis iustos maximē dolere, imbecillibus

D

44 Alhaberet

45 Exclamatio per ironiam.

46 Analogia docet, quantum cōmodi adferat hominibus amicitia.

47 Virtus enim omnis in actione consistit.

*Dis*  
9  
*LIII*  
*L*  
*[scribbles]*



M. T. C I C E R O N I S

fortes, <sup>48</sup> flagitiosos, modestos. Ergo hoc propriū est animi bene constitui, & letari bonis rebus, & dolere cōtrariis. Quam ob rem si cadit in sapientem animi dolor, qui profecto <sup>49</sup> cadit, nisi ex eius animo extirpatam humanitatē arbi remur, qua causa est cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem & <sup>50</sup> hominem, sed inter hominem & <sup>51</sup> saxum, aut truncum, aut quidvis generis eiusdem? Neque enim sunt <sup>52</sup> isti audiendi, qui virtutem duram, & quasi ferream esse <sup>53</sup> quandam volunt: quæ quidem est tum multis in rebus tum in amicitia tenera atque tractabilis, ut & bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur. Quamobrem <sup>54</sup> angor iste qui pro amico sepe capiendus est, non tantum valet ut tollat e vita amicitiam, non plus quàm ut virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur. Cum autem cōtrahat virtus amicitiam (ut supra dixi) si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat: id cū contigerit, amor exoriatur necesse est. Quid enim <sup>55</sup> tam absurdum, quàm delectari multis inanimis rebus, ut honore, ut gloria, ut adificio, ut vestitu, cultūque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (ut ita dicā) <sup>56</sup> redamare possit nō admodum delectari? Nihil est enim remunera-

<sup>48</sup> Aduerte id flagitium modestiæ contrarium vultum.

<sup>49</sup> Hic Laelius à Stoicis dissentit.

<sup>50</sup> Quæ specie tantū differunt.

<sup>51</sup> Differunt toto genere.

<sup>52</sup> Stoici.

<sup>53</sup> Quidam L. v. hoc verbum, quandam, non habent.

<sup>54</sup> Epilogus prioris confutationis.

<sup>55</sup> Absurdum comparatione minorum colligit.

<sup>56</sup> Animaduerte hoc verbū Ciceronis ætate inusitatus fuisse.



57 Ex Stoicorum sententia hæc dicta sunt.

58 A coniugatis.

59 Immunis, id est, abhorrens à communi vitæ functione.

60 Hercules exemplo

61 Alteram opinionem confutat, quæ est Cyrenaicorum & Epicureorum.

62 Nomina in bilis ratio habent superlativum, cuiusmodi hic est.

tione benevolentia, nihil vicissitudine studiorum officiorumque iucundius. Quod si etiam illud addimus, quod rectè addi potest, nihil esse quod ad se rem ullam tam alliceat, tam attrahat, quàm ad amicitiam<sup>57</sup> similitudo: concedatur profectò verum esse, ut bonos boni diligant, adsciscantque sibi quasi propinquitatem coniunctos, atque natura. Nihil est enim appetitius similium sui, nihil rapacius quàm natura. Quam ob rem hoc quidem Fanni & Scauola constat (ut opinor)<sup>58</sup> bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam esse, quæ est amicitia fons à natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Non est enim inhumana virtus, neque<sup>59</sup> immunitis, neque superba: quæ etiam populos universos tueri, eisque optimè consulere<sup>60</sup> soleat: quod non faceret profectò, si à charitate vulgi abhorreret. Atque<sup>61</sup> etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, <sup>62</sup> amabilissimum nodum amicitia tollere. Non enim tam utilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat. Tùmque illud fit, quod ab amico est profectum, iucundum, si cum amore & studio est profectum. Tantùmque abest, ut amicitia propter indigentiam colantur, ut ij qui opibus & copiis, maximèque virtute præditi (in qua plurimum est præsidij) minimè aliterius indigeant, liberalissimi sint & beneficentissimi. Atque haud scio

D ij



# MT. CICERONIS

anne opus sit quidem mihi nunquam omnino  
 fuisse amicis. Vbi enim studia nostra vigi-  
 sent, si nunquam consilio, nunquam opera no-  
 stra nec domi, nec militia, Scipio eguisset? Non  
 igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitia  
 consequuta est. Non ergo erunt homines <sup>63</sup> deli-  
 ciis diffuentes audiendi, si quando de amicitia,  
 quam nec usu, nec ratione habent cognitam, di-  
 ssutabunt. Nam quis est, pro deum fidem atque  
 hominum, qui velit ut neque diligat quenquam,  
 nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus  
 copiis, atque in omnium rerum abundantia vi-  
 uere? Hac enim est tyrannorum vita, nimirum  
 in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis  
 benevolentia potest esse fiducia: omnia semper su-  
 specta atque sollicita sunt, nullus locus est amicitia.  
 Quis enim aut cum <sup>64</sup> diligat quem metuat,  
 aut cum a quo se metui putet? Celantur tamen  
 simulatione amicitia, duntaxat ad tempus. Quod  
 si forte (ut fit plerumque) ceciderint, tum intelli-  
 gitur quam fuerint inopes amicorum. Quod  
 Tarquinius dixisse ferunt, tum cum exul  
 esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset,  
 quosque infidos, cum iam neutris <sup>65</sup> gratiam re-  
 ferre posset. Quanquam miror in illa superbia &  
 importunitate, si quenquam habere potuit. At-  
 que ut huius, quem dixi, mores, veros amicos  
 parare non potuerit, sic multorum opes prapote-  
 tum, excludunt amicitias fideles. Non enim so-

63 Alij diuitiis affue-  
 res: intelligit autem  
 Epicureos.

64 Vide prouerbum.  
 Oderint, dum metuant.  
 & Quot serui, tot  
 hostes.

65 Argumentum a  
 pronunciato. Vide  
 autem Halicarnaseni  
 circa finem lib. 4.

66 Obserua hic gra-  
 tiam referre, & in bo-  
 nam, & in malam  
 partem accipi.



lūm ipsa fortuna caca est, sed eos etiam plerun-  
que efficit cacos, quos complexa est. Itaque effe-  
runtur<sup>67</sup> fastidio ferè & contumacia. Neq; quic-  
quam incipiente fortunato intolerabilius<sup>68</sup> fieri  
potest. Atque hoc quidem videre licet, eos qui  
antea commodis fuerunt moribus, imperio, pote-  
state, propperis rebus immutari: sperni ab iis ve-  
teres amicitias, indulgere novis. Quid<sup>69</sup> autē stul-  
tius, quàm ut plurimum copiis, facultatibus, o-  
pibus possint, cetera parare, quæ parantur, <sup>70</sup> pe-  
cuniam, equos, famulos, vestem egregiam, vasa  
pretiosa: amicos non parare, optimam & pul-  
cherrimam vitæ (ut ita dicam) suppellectilem? e-  
tenim cetera cū parantur, cui parentur nes-  
ciūt, nec cuius causa laborent. Eius enim est isto-  
rum quicquid est, qui vincit viribus. Amici-  
tiarum sua cuique permanet stabilis & certa pos-  
sessio, ut etiam si illa maneat, quæ sunt qua-  
si dona fortunæ, tamen vita inculta, & deserta  
ab amicis, non possit esse iucunda. Sed hac ha-  
tēnus. Constituendi autem sunt, qui sint in a-  
micitia fines, & quasi termini diligendi: de qui-  
bus tres video sententias ferri, quarum nullam  
probo. Vnam, ut eodem modo erga amicum af-  
fecti simus, quo erga nosmetipsos, Alteram, ut  
nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos  
benevolentia pariter æqualiterque respondeat.  
Tertiam, ut quanti quisque<sup>71</sup> seipsum facit, tan-  
ti fiat ab amicis. Harum trium sententiarū nul-

D. iij.

<sup>67</sup> Id est, arrogantia.<sup>68</sup> Fieri, pro esse, Græ-  
<sup>69</sup> eo more.<sup>69</sup> Absurdum collig-  
it à comparatione  
minoris ad maius.<sup>70</sup> Al parantur pecu-  
nia.<sup>71</sup> Al, seipse.



li prorsus assentior. Nec enim illa<sup>72</sup> prima vera est, ut quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Quàm multa enim quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum? precari amicis ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem inuehi, insectarique vehementius, quæ in nostris rebus non satis honestè, in amicorum sunt honestissimè. Multæ quoque res sunt, in quibus de suis commodis veri boni multæ detrahunt, detrahique patiuntur, ut ijs amici potius, quàm ipsi fruuntur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos<sup>74</sup> reuocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. Ditiore mihi & affluentior videtur esse vera amicitia, nec obseruare restrictè, ne plus<sup>75</sup> reddat quàm acceperit. Neque enim verendum est, ne quid excidat, aut quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitiam congeratur. Tertius verò ille finis deterrimus, ut quanti quisque seipsum faciat, tantifiat ab amicis. Sæpe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Non est igitur amici talem esse in eum, qualis ille in se est, sed potius eniti & efficere, ut amici iacentem animum excitet, inducâtque in spem cogitatio-

72 Quæ fortasse Aristoteles fuit aut Epicureorum. quod apparet ex primo & secundo de Finibus.

73 Al. Precari pro amicis, indigno supplicare.

74 Al. vocare. est autem metaphora à rationibus.

75 Lelius Græca semper studia dissimulans: alludit interim ad Hesiodi versum, quo iubet vtenda accepta, cumulatiore mensura reddere.



nemque meliorem. Alius igitur finis vera amicitia constituendus est, si prius quod maxime reprehendere Scipio solius sit, edixero. Negabat ullam vocem inimiciores amicitiae potuisse reperiri, quam eius qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquando esset osurus. nec verò se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, à<sup>76</sup> Biante esse dictum crederet, qui sapiens habitus esset, unus è septem: sed impuri cuiusdam & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam.

76 Laertius id Bianti tribuit. Gellius Chiloni: qui fuit item unus ex septem. hanc autem sententiam probat Valerius contra Lælium lib. 7. cap. 3. 77 A contrariis.

Quenam enim<sup>77</sup> modo quisquam amicus esse poterit, cui se putabit inimicum esse posse? Quinetiam necesse erit cupere & optare, ut quam sæpissime peccet amicus, quò plures det sibi tanquam<sup>78</sup> ansas ad reprehendendum. Rursum autem rectè factis commodisque amicorum necesse erit angere, dolere, inuidere. Quare hoc quidem præceptum, cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam valet. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitiiis comparandis, ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Quinetiam si minùs felices in diligendo fuisset, ferendum id Scipio potius, quam inimicitarum tempus cogitandum putabat. His ergo<sup>79</sup> finibus utendum arbitror, ut cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos

78 Id est, occasiones: hanc autem metaphoram puto Lælii temporibus duriusculam fuisse, quæ postea vltu mollita est.

79 In hunc locum multa Gell. lib. 1.



# M. T. C I C E R O N I S

omnium rerum, consiliorum, & voluntatum si-  
ne ulla exceptione communitas: ut etiam si qua  
fortuna acciderit, ut minus iuste amicorum vo-  
luntates adiuuanda sint, in quibus eorum aut  
de 80 capite agatur aut fama, declinandum sit de  
via, modò ne summa turpitudine sequatur. Est  
enim quatenus amicitiae dari venia possit. Nec  
verò negligenda est fama: Nec mediocre 81 telum  
ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam  
cuium, quam blanditiis & assentationibus col-  
ligere turpe est. Virtus quam sequitur charitas,  
minimè repudianda est. Sed saepe (redeo enim ad  
Scipionem, cuius omnis sermo erat de amicitia)  
querebatur 82 quòd in omnibus rebus homines  
diligentiores essent, ut capras & oues quot quis-  
que haberet, dicere posset, amicos quot haberet,  
dicere non posset: & in illis quidem parandis cu-  
ram adhibere, in amicis eligendis negligentes es-  
se, nec habere quasi signa quaedam & notas, qui-  
bus eos qui ad amicitiam essent idonei, iudica-  
rent. Sunt igitur firmi & stabiles & constan-  
tes eligendi: cuius generis est magna penuria, &  
iudicare difficile sanè, nisi experium. Experien-  
dum 83 autem est in ipsa amicitia. Ita præcurrit  
amicitia iudicium, tollitque experiendi potesta-  
tem. Est igitur prudentis sustinere, ut 84 currum  
sic impetum beneuolentiae, quo utamur, quasi a-  
quis 85 tentatus sic amicitus, aliqua parte 86 peri-  
clitatis moribus amicorum. Quidam sepe in par-

80 Caput salutem si-  
gnificat, per synecdo-  
chen alias aut caput  
agatur.

81 Vide prouerb. In-  
gens telum necessitas.

82 Hæc de Socratis  
sententia, ut apparet  
ex lib. 2. Xenoph. de  
dictis & factis Socra-  
tis, & Laer. in eius  
vita.

83 In eam sententiam  
non pauca Plutarch.  
in lib. de discerniue  
adula & ami.

84 Alias, cursum.

85 Alias, equis tempe-  
ratis, quod a metapho-  
ræ de curru non malè  
conuenit.

86 Al. probatis.



ua pecuniâ perspicuntur, quàm sint leues. Quidam autem quos parua mouere non potuit, cognoscuntur in magna. Si verò erunt aliqui reperti, qui pecuniam præferre amicitiæ sordidum existiment, ubi eos inueniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes amicitiæ non anteponant, ut cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera vis amicitiæ, non multo illa malint? Imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiam: quam etiam si neglecta amicitiâ cōsecuti sunt, excusatum iri se arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitiâ. Itaque vere amicitiæ difficillimè reperiuntur in iis qui in honoribus, Rêque publica versantur. Vbi enim istum inuenias, qui honorem amici anteponat suo? Quid (hæc ut omittam) quàm graues, quàm difficiles prerisque videntur calamitatum societates, ad quas non est faciliè inuentus qui descendat? Quanquam Ennius rectè,

Amicus certus, in re incerta cernitur.  
Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerisque conuincunt, aut si in bonis rebus contemnunt, aut si in malis deserunt. Qui igitur utraque in re grauem, constantem, stabilem se in amicitiâ præstiterit, hunc ex maximè raro hominū genere iudicare debemus, & penè diuino. Firmamentum autem stabilitatis con-

E

1 Antithesi mira elegantia est, & energiaz plurimum inest.

2 Omnes enim, ait Teren. sibi bene esse malle, quàm alteri, Occupatio.

4 Incerta, pro dubia vel periculosa dixit, ut patronomiam assequeretur.



# M.T.CICERONIS

stantiaque est eius, quā in amicitia quærimus fides. Nihil enim stabile est, quod infidum est. Simplicem præterea & communem, & consentientem, & qui rebus iisdem moueatur, eligi par est: quæ omnia pertinent ad fidelitatem. neque enim fidum potest esse multiplex ingenium & tortuosum. Neque verò qui non iisdem rebus mouetur & natura consentit, fidus aut stabilis potest esse. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblati: quæ omnia pertinent ad eam, quam iam dudum tracto, constantem. Ita fit verum illud quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse. Est enim boni viri (quem eundem sapientem licet dicere) hæc duo tenere in amicitia: Primum, ne quid fictum sit, neve simulatum. Apertè enim vel odisse, magis ingenui est, quàm fronte occultare sententiam. Deinde, nō solum ab aliquo oblatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. Accedat huc<sup>6</sup> suauitas quædam oportet sermonum atque morum, haudquaquam mediocri condimentum amicitie. Tristitia autem & in omni re seueritas, habet illa quidem grauitatem: sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatēque procliuior. Existit

5 Alias allatas.

6 Seneca etiam precipit, ut tristes amicitias vitemus: quod, ut ait ipse, tranquillitati obstat amic⁹ perturbatus, & omnia gemens.



autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis.  
 Num quando amici noui digni amicitia, ve-  
 teribus sint anteponendi, ut equis<sup>7</sup> vetulis te-  
 neros anteponere solemus. Indigna homine  
 dubitatio. Non enim amicitiarum esse debet,  
 sicut aliarum rerum, satietates. Vterrima  
 quæque (ut ea vina quæ vetustatem ferunt)  
 esse debent suauissima: verumq; illud est quod  
 dicitur, Multos<sup>8</sup> modios salis simul edendos  
 esse, ut amicitia munus expletum sit. Nouita-  
 tes autem si spem afferunt, ut tanquam in her-  
 bis non fallacibus fructus appareat, non sunt  
 illæ quidem repudianda, vetustas tamen suo  
 loco conseruanda est. Maxima est enim vis  
 vetustatis & consuetudinis. Atqui in ipso  
 equo (cuius modò mentionem feci) si nulla res  
 impediatur, nemo est qui non eo quo consuevit,  
 libentiùs utatur, quàm intractato & nouo.  
 Nec verò in hoc, quod est animal, sed in iis e-  
 tiam quæ sunt<sup>10</sup> inanima, consuetudo valet,  
 cum locis etiam ipsis montuosis delectemur,  
 & syluestribus, in quibus diutius commorati  
 sumus. Sed maximum est in amicitia, supe-  
 riorem parem esse inferiori. Sape enim excel-  
 lentia quædam sunt, qualis erat Scipionis in  
 nostro (ut ita dicam) grege. Nunquam se ille  
 Philo, nunquam Rutilio, nunquam<sup>11</sup> Numio  
 anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis.  
 Q. verò<sup>12</sup> Maximum fratrem, egregium vi-  
 Eij



<sup>7</sup> Fallit hac in re similitudo, quod obseruauit Quintilianus lib. 5.

<sup>8</sup> Hoc ex Aristotele: fuit autem modius, maxima mensura aridorum apud Romanos.

<sup>9</sup> Est enim consuetudo altera natura.

<sup>10</sup> Alias, inanimata: utrunque autem frequenter apud Cicero nem reperitur.

<sup>11</sup> Et hoc durum putauit Cicero Lælij temporibus, itaque preminuit, eo alioqui summa securitate sepe uti solitus.

<sup>12</sup> Fortasse legendum Mummio.

<sup>13</sup> Hic Pauli filius, adoptatus est à Q. Fabio Maximo Cunctatoris filio, licet quidam malint ab ipso Cunctatore.



# M. T. C I C E R O N I S

rum omnino sibi nequaquam parem, quod is anteibat ætate, tanquam superiorem colebat: suos verò omnes per se esse ampliores volebat. Quod faciendum, imitadumque est omnibus: ut si quam præstantiam virtutis, ingenij, fortuna consecuti sunt, impertiant eam suis, communicentque cum proximis: ut si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo, vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori sint & dignitati: ut in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationem stirpis & generis in famulatu fuerint, cum cogniti sunt, & aut deorum, aut regum filij<sup>14</sup> inuenti, retinent tamē charitatem in pastores, quos patres per multos annos esse<sup>15</sup> duxerunt. Quod<sup>16</sup> quidem est multò profectò magis in veris patribus certisque faciendum. Fructus enim ingenij & virtutis, omnisque præstantia tum maximus accipitur, cum in proximum quemque confertur. Ut igitur ij qui sunt in amicitia coniunctionisque necessitudine superiores, se equare cum inferioribus debent: sic inferiores non dolere, se à suis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari. Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant, eoque magis, si aliquid habere se putant, quod officiosè, amicè, & cum labore aliquo suo factum queant dicere. Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantium: quæ

<sup>14</sup> Ut Telephus Herculis filius, ut Cyrus Assyagis nepos, ut Romulus & Remus &c.

<sup>15</sup> Id est, per errorem putauerunt, nam alio modo ducere dicimus, pro fingere apud nos, quasi verum esset, quod scimus non esse verum.

<sup>16</sup> A minore ad maius.



meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Quamobrem ut ij qui superiores sunt, submittere se debent in aetia, sic quodammodo inferiores extollere. Sunt enim quidam qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant. Quod non ferè contingit, nisi iis qui etiam contemnendos se arbitrantur: qui hac opinione, non modò verbis, sed etiam opere leuandi sunt. Tantum autem cuique <sup>17</sup> tribuendum est primùm, quantum ipse efficere possit, deinde quantum ille quem diligas atque adiuues, sustinere. Non enim tu possis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere, ut Scipio P. Rutilium potuit Consulem <sup>18</sup> efficere fratrem eius, Lucium non potuit. Quòd si etiam possis quidvis deferre ad alterum, videndum tamen est quid ille possit sustinere. Omnino amicitiae corroboratis iam confirmatisque & ingenijs, & etatibus, iudicandae sunt. Nec si qui ineunte etate venandi, aut pilae studiosi fuerint, eos habere necessariis oportet, quos tum eodem studio praeditos dilexerunt. Isto enim modo nutrices & paedagogi, iure vetustatis, plurimum beneuolentiae postulabunt: qui <sup>19</sup> negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. aliter <sup>20</sup> enim amicitiae stabiles permanere non possunt. Disparis enim mores disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat ami-

17 Officiorum enim primo fundamentum iustitiae esse ait, ut cuique pro dignitate tribuatur.

18 Cum Lenate, ut antea dixit.

19 Ut neque nutricem suam Aeneas neglexit, ut est apud Virgil. Aeneid. 7.  
20 Pro, alioqui.

Marias m. n. o. f. J. E. ij



M. T. C I C E R O N I S

citias. Nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt: nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest esse morum studiorumque distantia. Rectè etiam præcipi potest in amicitiiis, ne quis intemperata quadam beneuolentia (quod per sepe fit) impediat magnas utilitates amicorum. Nec enim (ut ad fabulas redeam) Troiam<sup>21</sup> Neoptolemus capere potuisset, si<sup>22</sup> Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum laochrymis iter suum impediendū, audire voluisset. Et sepe incidunt magnæ res, ut discedendum ab amicis: quas qui impedire vult, quòd desiderium non facile ferat, is & infirmus est mollisque natura, & ob eam ipsam causam in amicitia parum iustus. Atque in omni re considerandum est, & quid postules ab amico, & quid patiare à te impetrari. Est etiam quasi quadam calamitas in amicitiiis dimittendis nonnunquam necessaria. Iam enim à sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra<sup>23</sup> delabitur. <sup>24</sup> Erumpunt sepe vitia amicorum, tum in ipsos amicos, tum in alienos quorum tamen ad amicos redundat infamia. <sup>25</sup> Tales igitur amicitie sunt remissione usus<sup>26</sup> leuanda, & (ut<sup>27</sup> Catonem dicere audiui) (dissuenda magis, quàm discindenda, nisi quadam admodum intolerabilis iniuria exarserit, ut neque rectum, neque hone-

<sup>21</sup> Pyrrhus Achilli filius.

<sup>22</sup> Regem Scyri aut suum matrem.

<sup>23</sup> Per digressionem.  
<sup>24</sup> Metaphora à fluuiorum inundatione.

<sup>25</sup> Valla libro de Dialecticis, hunc locum satis frigide reprehendit.

<sup>26</sup> Al. eluenda, Al. leuanda, Al. euellenda.  
<sup>27</sup> A testimonio.



stum sit, nec fieri possit, ut non statim alienatio disunctioque facienda sit. Sin autem morum aut studiorum commutatio quadam (ut fieri solet) facta erit, aut in Reipub. partibus dissensio intercesserit (loquor enim, ut paulò antè dixi, non de sapientum, sed de communibus amicitiiis) cauendum erit, ne non solum amicitiae depositae, sed inimicitiae etiam susceptae videantur. Nihil enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris.

28 Is aliis Aufidius, aliis Nepos cognominatus, homo licet novus, Consularis tamè & Censorius, qui pace cum Numantinis ignobili facta, cū Lælij Cos. lege hostibus dederetur, ea non accepta Lælio inimicus factus est.  
29 Felice illo Macedonico Lælij in auguratu collega.  
30 Quod exstinguitur, inquit Nonius, potest renouari: quod opprimitur, non item. Vel exstingui est sine vi: opprimi verò vi adhibita.

Ab amicitia Q.<sup>28</sup> Pompeij meo nomine semouerat (ut scitis) Scipio: propter dissensionem autem quæ erat in Rep. alienatus est à collega nostro <sup>29</sup> Metello. Vtrunque egit grauiter, auctoritate & offensione animi non acerba. Quamobrem primum danda opera est, ne quæ amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid euenierit, ut <sup>30</sup> extinctæ potiùs amicitiae, quàm oppressæ videantur. Cauendum verò, ne etiam in graues inimicitias conuertât se amicitiae, è quibus iurgia, maledicta, contumeliae gignuntur: quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt. Et hic honos veteri amicitiae tribuendus, ut is in culpa sit qui faciat, nō is qui patiatur iniuriam. Omnino omnium horum vitiorum atq; incommodorū vna cautio est, atque vna prouisio. Vt ne nimis citò diligere incipiamus, nè ve nō dignos. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligamur. Ra-



# M. T. C I C E R O N I S

rum genus (& quidem omnia præclara, rara)  
nec quicquam difficilius, quàm reperire quod  
sit omni ex parte in suo genere perfectum, Sed  
plerique neque in rebus humanis quicquā bo-  
num norunt, nisi quod fructuosum sit: & ami-  
cos, tanquam pecudes, eos potissimum diligunt,  
ex quibus sperant se maximum fructum esse  
capturos. Ita pulcherrima illa, & maximè  
naturaliter carent amicitia, per se, & propter se  
expetita: nec sibi ipsi exemplo sunt, hæc vis a-  
micitiæ qualis & quāta sit. Ipse enim se quis-  
que diligit, non ut aliquam à seipso mercedem  
exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quis-  
que charus est, quod nisi idem in amicitia trās-  
feratur, verus amicus nūquam reperietur. Est  
enim is, qui est tanquam alter "idem. Quòd  
si hæc apparent in bestiis, volucribus, natanti-  
bus, agrestibus, eicuriis, feris, primùm ut se  
diligant (id enim pariter cum omni animante  
nascitur) deinde ut requirant atque appe-  
tant, ad quas se applicent, eiusdem generis ani-  
mantes: idque faciunt cum desiderio, & cum  
quadam similitudine amoris humani: quanto  
id magis in homine sit natura, qui & se ipse  
diligit, & alteram "anquit, cuius animum  
ita cum suo "miscet, ut efficiat penè unum  
ex duobus? Sed plerique peruersè, ne "dicam  
impudenter, amicum habere talem volunt,  
quales ipsi esse non possunt: quæq; ipsi non tri-

31 Culus finis est ho-  
nestas,

32 Proverbiū Py-  
thagoræ cum Aristot-  
eli frequentissimū

34 Al. aequitū

35 Id est, Quæcum-  
q; cōsilia communicet  
36 Epanorthosis per  
occupationem.



buunt amicis, hæc ab his desiderant. Par est autem primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quarere. In talibus ea, quam iandudum tractabamus, stabilitas amicitia confirmari potest, cum homines benevolentia coniuncti, primum cupiditatibus iis quibus ceteri seruiunt, imperabunt: deinde equitate iustitiâque gaudebunt, omniâque alter pro altero suscipiet: neque quicquam unquam, nisi honestum & rectum, alter ab altero postulabit: neque solum colent inter se, ac diligenter, sed etiam verebuntur. Nam maximum ornamentum amicitia tollit, qui ex ea tollit verecundiam. Itaque in his perniciosus est error qui existimant libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. Virtutum amicitia adiutrix à natura data est, non vitiorum comes: ut quoniam solitaria non potest virtus ad ea quæ summa sunt peruenire, coniuncta & sociata cum altera perueniret: quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est, eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusque comitatus. Hæc est, inquam, societas, in qua omnia insunt quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque incunditas: ut cum hæc adsint, beata vita sit, & si sine his esse non possit. Quod cum optimum maximumque sit, si id volumus adipisci, virtuti

F

r Al. eodem se inter se. Vtetur autem utroque horum loquendi genere promiscuè Cicero.

a Quia iustitia in similitudine coli non potest, & ab ea non se paratur amicitia.



# M. T. C I C E R O N I S

opera danda est, sine qua neque amicitiam, neque ullam rem expetendam consequi possumus. Ea vero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tum se denique errasse sentiunt, cum eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quocirca (dicendum est enim saepius) cum iudicaueris, diligere oportet: non cum dilexeris, iudicare. Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis &<sup>3</sup> diligendis & colendis. Præposteris enim utimur consiliis, & acta<sup>4</sup> agimus, quod vetatur veteri proverbio. Nam implicati ultro &<sup>5</sup> citro, vel usu diuturno, vel etiam officiis, repente in medio cursu, amicitias exorta aliqua offensione dirumpimus. Quod etiam magis vituperanda est rei maxime necessaria tanta incuria. Vna est<sup>6</sup> enim amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes uno ore cōsentiunt: quanquam à<sup>7</sup> multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur. Multi diuitias despicunt, quos paruo contentos tenuis victus cultusque delectat. Honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius esse, nihil leuius existimēt. Item cetera quæ quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad<sup>10</sup> unum idem sentiunt, & ij qui ad Rempublicam se

<sup>3</sup> Conuersio.

<sup>4</sup> Al. diligendis.

<sup>5</sup> Proverbium à causis forensibus, ex Terentij Phormione.  
<sup>6</sup> Id est, vndique.

<sup>7</sup> Inductionibus probatur ab omnibus summo cōsensu coli amicitiam.

<sup>8</sup> Sceptici enim philosophi à Pyrrhone Elensi virtutes & virtutia eodē in loco habuerunt.

<sup>9</sup> Vt Diogenes, & reliqui Cynici.

<sup>10</sup> Hac loquendi figura generale sine vlla exceptione pronuntiatum constituitur.



io Philosophi vide  
licet & historici.

contulerunt, & ij qui rerum cognitione do-  
ctrinâque<sup>10</sup> delectantur, & ij qui suum nego-  
tium gerunt otiosi: postremò ij qui se totos tra-  
diderunt voluptatibus, sine amicitia vitâ esse  
nullam sentiunt, si modò velint aliqua ex par-  
te liberaliter vivere. Serpit enim nescio quo-  
modo per omnium vitam amicitia, nec ullam  
etatis degendæ rationem patitur esse exper-  
tem sui. Quinetiam si quis asperitate ea est, &  
immanitate, naturæ, congressus ut hominum  
fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis  
Timonem nescio quem accepimus: tamen is  
pati non possit, ut nō acquirat aliquem, apud  
quem euomat virus acerbitalis suæ. Atque  
hoc maximè<sup>11</sup> indicaretur, siquid tale posset  
contingere, ut aliquis nos deus ex hac homi-  
num frequentia<sup>12</sup> tolleret, & in solitudine vs-  
piam collocaret, atque ibi suppeditas omnium  
rerum, quas natura desiderat, abundantiam,  
& copiam hominis omnino aspiciendi potesta-  
tem eriperet: quis tam esset ferreus, qui eam  
vitam ferre posset, cuique non auferret fru-  
ctum voluptatum omnium solitudo? Verum  
ergo illud est quod à Tarentino<sup>14</sup> Archyta  
(ut opinor) dici solitum, nostros senes comme-  
morare audiui, ab aliis senibus<sup>15</sup> auditum, Si  
quis in cælum ascendisset, naturamque mun-  
di, & pulchritudinem syderum perspexisset,  
insuauem illam admirationem ei fore, quæ in-

F ij

11 Is tanto hominū  
odio flagrant, ut in-  
de Misanthropus di-  
ctus sit. Vide Lucia-  
num in dialogo qui  
inscribitur Timō, &  
Erasinū in Apophi-  
theg. & Plutarchum  
in Alcibiade.

12 Al. dicaretur.

13 Idem lib. 1. Offic.

14 Philosopho Py-  
thagorico, cuius vi-  
tâ scribit Lært. li. 3.  
15 Quidam enim vo-  
lunt nullas hoc tem-  
pore fuisse historias  
scriptas.





M. T. C I C E R O N I S

tundissima fuisset, nisi aliquem cui narraret, habuisset. Sic natura solitarium nihil amat, <sup>16</sup> Veluti arbores maritæ. sempërque ad aliquid tanquam<sup>16</sup> adminiculū annuitur, quod in amicissimo quoque dulcissimum est. Sed cum tot<sup>17</sup> signis eadem natura declaret quid velit, ac anquirat quid desideret, obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Est enim varius & multiplex usus amicitia, multæq; causæ suspicionum offensionūque dantur, quæ tum evitare, tum<sup>18</sup> eleuare, tum ferre sapientis est. Vna illa subleuanda offensio est, ut & utilitas in amicitia, & fides retineatur. Nam & monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, cum beneuolè fiunt. Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris<sup>19</sup> meus dixit, Obsequium amicos, veritas odiū parit. Molestia veritas est, siquidem ex ea nascitur odiū quod est venenum amicitia: sed obsequium multò molestius, quod peccatis indulgens precipitem amicum<sup>20</sup> ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in<sup>21</sup> fraudem obsequio impellitur. Omni igitur hac in re habenda ratio & diligētia est, primum ut monitio acerbitate, deinde ut iurgatio contumelia careat. In obsequio autem (quoniam Terentiano<sup>22</sup> verbo libenter utimur) comitas adsit, assentatio vitiorum adiutrix

16 Veluti arbores maritæ.

17 Est autem signis, euidens & necessarium argumentum.

18 Id est, leuius redere: vnde eleuatur authoritas hominis, cui pondus detrahitur.

19 Sub Terentius, quod tamen nomen in quibusdam exemplaribus exprimitur.

20 Id est, in periculū adduci.

21 Fraus apud Ciceronem frequenter pro vitio accipitur, ut hic.

22 Ex hoc fortasse loco suspicatur Fabius, Ciceronem putasse Terentium primum obsequij verbo usum.



procul moueatur: qua non modò amico, sed ne libero quidem digna est. Aliter enim cum tyranno, aliter cum amico viuitur. Cuius autē aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verū audire nequeat, huius salus desperāda est. Scitum est enim illud Catonis, <sup>21</sup> Multò melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces videantur: illos verum saepe dicere, hos nunquam. Atque illud absurdum est, quòd ij scilicet qui <sup>24</sup> monentur, eam molestiam quam debent capere, non capiunt: eam capiunt, qua debent vacare. Peccasse enim se non anguntur, obiurgari molestè ferūt: quod cōtrà oportebat, delicto dolere, correctione gaudere. Vt <sup>25</sup> igitur & monere, & mone-ri, proprium est veræ amicitiae, <sup>26</sup> & alterum liberè facere, non asperè: alterum patiēter accipere, non repugnanter: sic habēdum est, nullam in amicitia pestem esse maiore, quàm adulationem, <sup>27</sup> blāditias, essentationem. Quāuis enim <sup>28</sup> multis nominibus est hoc vitium notādum, lenium hominum atque fallacium, ad <sup>29</sup> voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Cū autem omnium rerum simulatio est vitiosa (tollit enim iudiciū veri, idq; adulterat) tum amicitiae repugnat maximè: delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae valere non potest, Nam cū amicitia vis sit in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluri-

F ij

<sup>23</sup> Vide Erasmus in Chiliad.

<sup>24</sup> Pompeius ait obiurgationē esse post delectum admissum, monitionē verò antè: quam differentiā hic cōfundit Cicero.

<sup>25</sup> Venit ad alia præcepta, nempe amicitiam fūco carere oportere.

<sup>26</sup> Budeus hic legit, & alterum quidem liberè.

<sup>27</sup> Quidam L. v. habent blanditiā: quod verbum etiā legitur pro Plauto.

<sup>28</sup> Id est, multis de causis.

<sup>29</sup> In L. v. duobus ad voluntatem.



# M. T. C I C E R O N I S

bus: quâ fieri poterit, si ne in uno quidem quo-  
que unus animus erit, idemq; semper, sed va-  
rius, cōmutabilis, multiplex? Quid enim po-  
test esse tam flexibile, tam<sup>29</sup> deuîū, quàm ani-  
mus eius qui ad alterius non modò sensum ac  
voluntatem, sed etiam vultum atque nutum  
conuertitur? Negat quis? nego: ait? aio. postre-  
mò imperaui ego met mihi. Omnia essentari:  
ut ait idem<sup>30</sup> Terentius. sed ille sub Gnatho-  
nis persona: quod amicitia genus adhibere, om-  
nino leuitatis est. Multi autem Gnathonum  
similes, cū sit loco, fortuna, fama superiores:  
horum est assentatio molesta, cū ad vanita-  
tem accessit auctoritas. Secerni autem blan-  
dus amicus à vero & internoſci tam poteſt  
adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſi-  
mulata à ſynceris atq; veris. Concio quæ ex  
imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet,  
quid interſit inter popularem, id eſt, aſſētato-  
rem, & leuem ciuem: & inter cōſtantem, ſe-  
uerum, & grauem. Quibus blanditiis C.<sup>31</sup>  
Papirius nuper influebat in aures concionis,  
cū ferret legem de Trib. plebis reſciēdis? diſ-  
ſuaſimus nos. Sed nihil de me: de Scipione di-  
cam libentiùs. Quanta illi (dij immortales!)  
fuit grauitas, quanta in oratione maieſtas? ut  
facile ducem populi Romani, non comitem di-  
ceres: ſed affuiſtis, & eſt in manibus oratio. ita  
que lex popularis ſuffragiis populi repudiata

29 Distortum & per-  
uerſum: hinc Platar-  
chus polypo adula-  
to rem confert.

30 In Eunuch.

31 Antea perperam  
legebatur, C. Papiri-  
us Cōſul. fuit autem  
hic Carbo Tribu-  
nus pl. qui legem ro-  
gauit, ut liceret popu-  
lo, quum velleret, eol-  
dem Tribunos pl. re-  
ſciere: ſed ea Scipio-  
ne diſſuadente, repu-  
diata eſt.



est. Atque (ut ad me redeam) meministis, Q. Maxim. o fratre Scipionis & L. Mancino Coss. quàm popularis lex de sacerdotiis C. Licinij<sup>32</sup> Crassi videbatur. <sup>33</sup> Cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur: atque is primus instituit in forum<sup>34</sup> versus agere cum populo. Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium, nobis defendentibus, facilè vincebat. Atque id actum est Pratore me, quinquennio antè quàm consul sum factus. Ita re magis, quàm auctoritate causa illa defensa est. Quòd si in scena, id est, in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si modò id patefactum & illustratum est: quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? In qua nisi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumq; ostēdas, nihil fidū, nihil exploratū habeas: ne amare quidem aut amari possis, cū id quàm verè fiat, ignores. Quamquam ista assentatio, quāvis perniciofa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maximè, qui ipse sibi assentetur, & se maximè delectet. Omni-  
no est amās sui virtus. optimè enim se ipsa novit: quàmque amabilis sit, intelligit. Ego autē non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione. Virtute enim ipsa nō tam multi præ-

32 Tribuni plebis.

33 Nam ex Numæ instituto in sacerdotis demortui locū alius à collegis cooptabatur.

34 Antea malè versibus, legebatur. est autem versus hic præpositio, vel, si maius, participium. Porro quod hic Lælius Crassum instituisse dicit, Plutarchus C. Graccho attribuit.



# M.T.CICERONIS

diti esse, quàm videri volunt. Hoc delectat assentatio. His fictus ad ipsorum<sup>36</sup> voluntatem sermo cum adhibetur, orationē illam vanam testimonium esse laudum suarum putat. Nulla igitur hæc amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est, Nec<sup>37</sup> parasitorum in comædiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi. Magnas verò<sup>38</sup> agere gratias Thais mihi? Satis erat respondere, Magnas: ingentes<sup>39</sup> inquit. Semper auget<sup>40</sup> assentator id quod is cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Quamobrem quanuis blanda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam allecant & inuitant, tamen etiam grauiores constanteresque admonendi sunt, ut animum aduertant, ne callida assentatione capiantur. Apertè enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Callidus ille & occultus ne se<sup>41</sup> insinuet, studiosè cauendum est. Nec enim facile agnoscitur: quippe qui etiā aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulans blandiatur, atque ad extremum<sup>42</sup> det manus, vincique se patiatur, ut is qui illusit sit, plus illuisse vi leatur. Quid autem turpius, quàm illudi? Quod ne accidat, magis cauendum est: ut in<sup>43</sup> Epicureo,

Hodie me ante omnes coamicos stultos senes Versaris, atque luseris lauiissimè.

<sup>36</sup> Aliàs, voluptatens.

<sup>37</sup> Al. Personarum.

<sup>38</sup> Verba Thrafonis militis apud Terent. in Eunu.

<sup>39</sup> Gnatho parasitus: eodem loco. Ingens autem dicitur valdè magnum: ut apud eundem Terentium, O ingentè confidentiā. Vide Festum Pompeium.

<sup>40</sup> Aliàs, assentatio.

<sup>41</sup> Id est, quasi in sinum irrepit.

<sup>42</sup> Vide hoc pro verbi apud Erasum.

<sup>43</sup> L. V. non habet, in Epicureo, sed tantum, ut si in hodie, &c. sunt autem versus, ut apparet, Cæcili, senarii trimetri. quædam exemplaria legunt, pro, Epicureo, Epiclero, notum est autem Cæciliū fabulam Epiclerum edidisse post Menandrum.



Hac enim in fabulis stultissima persona est improvidorum & credulorum senum. Sed nescio quo pacto ab amicitiiis perfectorum hominum, id est, sapientum (de hac dico sapientia, quæ videtur in hominem cadere posse) ad leues amicitias defluxit oratio. Quamobrem ad illam primam redeamus, eamque ipsam cõcludamus aliquando. "Virtus, virtus, inquã, C. Fanni, & tu Qu. Muti, & conciliat amicitias, & conseruat. In ea est enim conuenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia. Quæ cùm se extulit, & ostendit suum lumen, & idem aspe- xit agnouitque in alio, ad id se admouet, vicissimq; accipit illud quod in altero est: ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia: utrũ quæ enim dictum ab amando. Amare autem nihil aliud est, nisi cum ipsum diligere, quem ames, nulla indigẽtia, nulla utilitate quæsitã. Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minùs sequutus sis. Hac nos adolescẽtes beneuolentia senes illos<sup>7</sup> L. Paulum, M. Catonem, C.<sup>8</sup> Gallum, P.<sup>9</sup> Nasicam, Tib.<sup>10</sup> Gracchum, Scipionis nostri socerum, dilexi- mus. Hac etiam magis elucet inter æquales, ut inter me & Scipionem, L. Furium, P. Ru- tilium, Sp.<sup>11</sup> Mummiu. Vicissim autem senes in adolescentium charitate acquiescimus: ut in vestra, & in Q. Tuberonis. Equidem admodũ adolescentis P.<sup>12</sup> Rutilij & A. Virginij fa-

Epilogus per ana- cephalosin.

<sup>7</sup> Flos enim amicitie, nõ radix, est utilitas: effectus, non efficiẽs, neque finis.

<sup>8</sup> Scipionis patrem.

<sup>9</sup> Oratorem, & astrologiæ peritum.

<sup>10</sup> Corculum cognomine.

<sup>11</sup> Tib. & Cai jpatrẽ.

<sup>12</sup> L. Mummi j Achai ci fratrem.

<sup>13</sup> Vulgò legitur. P. Rutilij Virginij. Certe Pauli Virginij & Rutilij æqualiũ meminit Pomponius in lib. 2. ff. de orig. iuris.

G



# M.T.CICERONIS

miliaritate delector. Quoniámque ita ratio comparata est vita naturæq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia: maximè quidẽ optandum est, ut cum equalibus possis viuere, quibuscum tanquam è carceribus emissus cum iisdem ad calcem (ut dicitur) peruenire possis. Sed quoniam res humane fragiles, caduæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim beneuolentiæque sublata, omnis est è vita sublata iucunditas. Mihi quidem Scipio, quanquam est subitò ereptus, uiuit tamen, semperque uiuet. Virtutem enim amaui illius viri, quæ extincta non est: nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam posteris erit clara & insignis. Nemo unquam animo aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possit comparari. In hac mihi de Repub. consensu: in hac rerum priuatarum consilium: in eadem requies plena oblectationis fuit. Nunquam illum ne minima quidem re offendi, quod equidem senserim. Nihil audiui ex eo ipse, quod nollem. Vna domus erat: idem victus, isque

14 Id est, ea semper  
usus sum propterea &  
facili.

15 Nihil autem teste  
Aristotele, tam ami-  
corum proprium, quam  
simul viuere.

communis: neque solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesque communes. Nã



16 Aliàs, otium, tempusque.

quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid, aut discendi? in quibus remoti ab oculis populi, omne<sup>16</sup> otiosum tempus cōtriuimus.

Quarum rerum recordatio & memoria si vna cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi viri atque amantissimi ferre nullo modo possem. Sed nec illa extincta sunt, alunturque potius & augentur cogitatione & memoria.

17 Senectus nempe.

Et si illis planè orbatus essem, magnum tamē afferret mihi<sup>17</sup> atas ipsa solatium. Diutius enim iam in hoc desiderio esse nō possum. Omnia tamen breuia, tolerabilia esse debent, etiā si magna sint. Hæc habui de amicitia quæ dicerem. Vos autem hortor, ut ita virtutem<sup>18</sup> locetis (sine qua amicitia esse non potest) ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius putetis.

18 Id est, in eo dignitatis loco ponatis.

## F I N I S.

antonio m u no jo  
losi mandamien to  
dlatav dios on  
de y los resp

One s ca clog



